

RECTOR

ACADEMIAE LVDOVICIANAE

D. GEORG. LVDOVICVS

ALEFFELD

MEDIC. P. P. O.

LECTIONES HIBERNAS

D. XV. OCTOBRIIS INCHOANDAS

SEMESTRIQVE SPATIO ABSOLVENDAS

INDICIT

EASQVE


CIVIVM ACADEMIAE

ET GENERE ET VIRTUTE NOBILISSIMORVM

SEDVLITATI RITE COMMENDAT

P. P. D. IX. SEPT. ANN. CIO IDCC LXX.

SVB SIGILLO ACADEMIAE MAIORI.



GISSAE,

APVD IOANNEM IACOBVM BRAVN, ACAD. TYPOGR.



THEOLOGORUM

ANNO DOMINI MDCCLXXIII

In Facultate Theologica

D. IO. HERM. BENNER

Theologiam moralem, per menses aestivos a capite ad calcem praelectam, eodem modo per instantes hiemales docebit & absoluet. Notitiam salutis addet, ea methodo, qua consuevit. Historiam reformationis & eorum, quae postea acciderunt, exponet; optans, ut disputationes publicas cives nostri non negligant.

D. IO. GEORG. BECHTOLD

alumnus princip. Ephorus

Theologiam dogmaticam, hermeneuticam sacram, & artem homileticam tradet, eos auctores, quas adhuc duces habuit, secuturus. Disputationes quoque publicas singulis mensibus singu-



singulas prouectoribus ministrabit. Ad lectiones quoque exegeticas paratus, si iustus auditorum, constantem discendi ardorem probantium, sese numerus offeret.

*In Facultate Iuridica.*

**D. FRANCISCVS IVSTVS  
KORTHOLT,**

*Academiae Procancellarius.*

Explicationem instrumenti pacis Osnabrugensis denuo offert. Praelectiones in PÜTTERI epitomen processus imperii, & SCHMAVSSII compendium iuris publici instaurabit. Neque, si etiam in aliis ipsius desiderabitur opera, deerit officio suo.

**D. IO. CHRISTOPH. KOCH**

*Institutiones & Digesta* ab integro resumet, iuri vero criminali, elapso semestri praelecto, ius canonicum substituet. Disputando atque examinando doctrinas traditas magis inculcare studebit.

**D. CHRISTIANVS HARTM.  
SAMVEL GATZERT.**

Absoluto feudali, ius Germanicum privatum, addito ubique iure Hassiacorum Historiam iurium nec non imperii tradet, ad



PÜTTERI & SELCHOVII libellos. Praxeos dein iuridicae  
eam partem offert, quae *Cautelas testamentorum* complectitur.

## D. LVD. GODOFR. MOGEN.

Iuris Ciuilis Institutiones, secundum HEINECCIUM, vel, si  
Domini Auditores magis volent, secundum ipsum D. IV-  
STINIANI textum, interpretabitur. Iurium quoque, quibus  
in Germania vtimur, SELCHOVIO duce, docebit historiam.

### *In Facultate Medica.*

## D. IO. WILH. BAVMER,

*Med. Prof. primar. & Ordinis Medici p. t. Decanus.*

Hor. X. ex h. m. Dn. Prof. Platneri institutionibus Chirur-  
giae rationalis ea publice explicabit, quae ad Chirurgiam  
manualem pertinent. Hor. XI. in Pharmacopoeae Wirtenber-  
gicae partem priorem commentabitur. Horas pomeridianas,  
diebus alternis, Geographiae subterraneae, ad propria sua  
praecepta tradendae, atque processibus metallurgicis, in labo-  
ratorio suo perficiendis, tribuet.

## D. GEORG. LVD. ALEFELD

P. P. O.

Quam nuperrime ad finem perduxit, *artem obstetriciam* vel  
ROEDERERO vel FRIEDIO duce de nouo pertractabit,  
simul



simulque *pathologiam* ac *semiologiam generalem* docebit. Reliquum tempus dissectionibus in theatro anatomico instituendis destinabit.

**D. FRIDERIC. AUGVSTVS  
CARTHEVSER,**

*Med. Prof. Ord.*

**P**harmaciam, substrata Pharmacopoea Londinensi, docebit, Doctrinam de Formulis medicis praescribendis explicabit, atque Collegium disputatorium aperiet.

*In Facultate Philosophica.*

**ERNESTVS THOM,**

*Prof. philosophiae practicae.*

**I**us naturae & gentium; doctrinam moralem ac prudentiam civilem tradet. Praeter eas philosophiae actiuae partes Dithmari vel Succouii, si hic placet, disciplinas oeconomicas illustrabit, & praecpta etiam de rebus rusticis, quae I. Beckmanni edidit, separatim desiderantibus exponet.

**CANDREAS BOEHM,**

*L. Met. & Math. P. P. O. Bibl. Acad. Praef.*

**L**ogicam h. IV. vespertina; *psychologiam*, cum *cosmologia* & *Theologia naturali* h. V. *mathesin*, tum *puram*, tum *applicatam*.



ram tempore auditoribus commodo docebit, non defuturus  
plura desideraturis.

**D. LVD. GODOFR. MOGEN,**

*Historiarum Professor.*

Quemadmodum per aestatem huius anni I. historiam mundi  
uniuersalem, ad filium B. HIERONYMI FREYERI, II.  
historiam *Europae* uniuersalem, praesente III. ACHENWAL-  
LO, & denique III. historiam *Imperii Romano-Germanici*, du-  
ce III. PÜTTERO, exposuit, ita eadem haec collegia per  
hyemem huius anni habebit.

**D. IO. GEORG. BECHTOLD**

Publice *praecepta artis Oratoriae* tradet. Priuatim HEINEC-  
CII *fundamenta stili latini* praeleget. OVIDII vel *libros*  
*tristium*, vel *epistolas Heroidum* perpetuis suis dissertationibus  
illustrabit. Reliqua auditorum suorum votis permittit.

**D. FRIDERIC. AVGVSTVS  
CARTHEVSER,**

*Physic. Prof. Ord.*

Lectioibus physicis publice habendis Pyrologiam tradet.  
Priuatim *Elementa Mineralogiae*, ad rem oeconomicam  
applicatae, exponet.



Praeter ista Generosissimis Nobilissimisque Ciuibus de luculenta equi-  
randi, pugnandi gladio, saltandique palaeetra, Gallicae item & Ita-  
licae linguae scholis, per magistros earum peritissimos, publice  
constitutos, abunde prospectum est.



Fragment of text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

D. FRIDERIC. AUGUSTVS  
CARL THEISSER

Fragment of text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Fragment of text, likely bleed-through from the reverse side of the page.